Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

testes, et dixerunt, hic dixit
possum destruere templum dei;
et post triduum reedificare
illud. Et surgens princeps
sacerdotum ait illi, Nihil re
spondes ad ea quæ isti adversum te
testificantur? Ihs autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi,
Adjuro te per deum vivum,
ut dicas nobis si tu es xpis filius
dei. Dicit illi ihs, Tu dixisti.
Verumtamen dico vobis: amodo
videbitis filium hominis
sedentem a dextris virtutis dei, et
venientem in nubibus cli. Tu
princeps sacerdotum scindit vestimenta
sua dicens, Blasfemavit.
Quid adhuc egemus testibus?
Ecce nunc audistis blasfemiam.
Quid vobis videtur? At illi re
spondentes dixerunt, Reus est
mortis. Tunc expuerunt in
faciem eius: et collaphis eum
ceciderunt. Alii autem palmas
in faciem eius dederunt di
centes, Prophetisa nobis xpe
quis est qui te percussit. Petrus
vero sedebat foris in atrio: et
accessit ad eum una ancilla
dicens, Et tu cum ihu gali
leo eras. At ille negavit
coram omnibus dicens,
Nescio quid dicis. Exeunte
autem illo ianuam vidit eum
alia ancilla: et ait his quæ
erant ibi, Et hic erat cum
ihu nazareno. Et iterum ne
gavit cum iuramento, quia non
novit hominem. Et post pusil
lum: accesserunt qui stabant
et dixerunt petro, Vere et tu ex illis
es: nam et loquela tua manifes
tum te facit. Tunc cepit de
testari et iurare quia non novisset
hominem. Et continuo gallus
cantavit. Et recordatus est
petrus ubi ihu quod dixerat, pus
quam gallus cantet, ter me
negabit. Et egressus foras:
flevit amare. Mane autem
facto concilium inierunt omnes
principes sacerdotum et seniores
populi adversus ihum: ut eum
morti tradent. Et vinctum
adduxerunt eum: et tradiderunt
potio pilato presidi. Tunc
videns iudas quod traditus esset eum qui
damnatus esset: pœnitentia ductus